LIBER UICESIMUS.

q. 30 f. 288

I.

℟ DE PIGNORIBUS ET HYPOTHECIS ET QUALITER EA CONTRAHANTUR ET DE PACTIS EORUM ℟ *SEPA*

1 PAPINIANUS libro undecimo responsorum. Conuentio generalis in pignore dando bonorum uel postea quaesitorum recepta est: in speciem autem alienae rei collata conuentione, si non fuit ei qui pignus dabat debita, postea debitori dominio quaesito difficilius creditori, qui non ignorauit alienum, utilis actio dabitur, sed facilior erit possidenti retentio. Seruo pignori dato peculium eius creditor citra conuentionem specialiter super eo conceptam frustra distrahit, nec interest, quando seruus domino peculium adquisierat. Cum praedium pignori daretur, nominatim, ut fructus quoque pignori essent, conuenit. eos consumptos bona fide emptor utili Seruiana restituere non cogetur: pignoris etenim causam nec usucapione peremi placuit, quoniam quaestio pignoris ab intentione dominii separatur: quod in fructibus dissimile est, qui numquam debitoris fuerunt. Pacto placuit, ut ad diem usuris non solutis fructus hypothecarum usuris compensarentur fini legitimae usurae. quamuis exordio minores in stipulatum uenerint, non esse tamen irritam conuentionem placuit, cum ad diem minore faenore non soluto legitimae maiores usurae stipulanti recte promitti potuerunt. Cum praedium uxor uiro donasset idque praedium uir pignori dedisset, post diuortium mulier possessionem praedii sui reciperauit et idem praedium ob debitum[1] uiri pignori dedit. in ea dumtaxat pecunia recte pignus a muliere contractum apparuit, quam offerre uiro debuit meliore praedio facto, scilicet si maiores sumptus quam fructus fuissent, quos uir ex praedio percepit: etenim in ea quantitate proprium mulier negotium gessisse, non alienum suscepisse uidetur. B.25, 2, 1 *P

2 IDEM libro tertio responsorum. Fideiussor, qui pignora uel hypothecas suscepit atque ita pecunias soluit, si mandati agat uel cum eo agatur, exemplo creditoris etiam culpam aestimari oportet. ceterum iudicio, quod de pignore dato proponitur, conueniri non potest. B.25, 2, 2 *P

3 IDEM libro uicesimo quaestionum. Si superatus sit debitor, qui rem suam uindicabat, quod suam non probaret, aeque seruanda erit creditori actio Seruiana probanti res in bonis eo tempore, quo pignus contrahebatur, illius fuisse. sed *et* si uictus sit debitor uindicans hereditatem, iudex actionis Seruianae neglecta de hereditate dicta sententia pignoris causam inspicere debebit. atquin aliud in legatis et libertatibus dictum est, cum secundum eum, qui legitimam hereditatem uindicabat, sententia dicta est. sed creditor non bene legatariis per omnia comparatur, cum legata quidem aliter ualere non possunt, quam *F*[*P(VU)*] B.25, 2, 3 *P

[1] praedium ob idem debitum?

6 collataeconuentione *F*, conlatae conuentione P^a, collate uencione U^a 7 domino P^aU^a 10 adquisierit *f* 12 utilis P^aU^a 13 usucaptione P^aU 15 fructis P^a 16 uenerint] *f* V^bU^b, uenierint *FP* V^aU^a 19 praedium F^2 | uiri] uiro *uidentur legisse B* (*Anon.*): ΚΑΙ ἐΝΕΧΎΡΑCΕ ΜΟΙ [*id est marito*] ΑΥΤΌΝ [*scilicet fundum*] ἐφ' οἷC ΧΡΕΩCΤΕῖ ΜΟΙ, *male omnino* 29 uindicabat] non probat F^1 | probaret] F^2, probat F^1PU | aeque] et aeque $P^aV^aU^a$ | seruandam P^a, *inc.* V^aU^a 30 sed et et si *F* (*em. f*) | sit] F^b, etsi F^b, et $P^aV^aU^a$, est $P^bV^bU^b$ 31 de *om.* $P^aV^aU^a$ 33 uindicabit *P*

si testamentum ratum esse constaret: enimuero fieri potest, ut et pignus recte sit acceptum
1 nec tamen ab eo[1] lis bene instituta. Per iniuriam uictus apud iudicium rem quam petierat
postea pignori obligauit: non plus habere creditor potest, quam habet qui pignus dedit.
ergo summouebitur rei iudicatae exceptione, tametsi maxime nullam propriam qui uicit
actionem exercere possit: non enim quid ille non habuit[2], sed quid in ea re quae pignori
data est debitor habuerit, considerandum est.

4 GAIUS libro singulari de formula hypothecaria. Contrahitur hypotheca per [B. 25, 2, 4] *S*
pactum conuentum, cum quis paciscatur, ut res eius propter aliquam obligationem sint
hypothecae nomine obligatae: nec ad rem pertinet, quibus fit uerbis, sicuti est [D. 22, 4, 4]
et in his obligationibus quae consensu contrahuntur. et ideo et sine scriptura si conuenit
ut hypotheca[3] sit et probari poterit, res obligata erit de qua conueniunt. fiunt enim de
his scripturae, ut quod actum est per eas facilius probari poterit[4]: et sine his autem ualet
quod actum est, si habeat probationem: sicut et nuptiae sunt, licet testationes in scriptis
habitae non sunt[5].

5 ‖ MARCIANUS libro singulari ad formulam hypothecariam. Res hypothecae [B. 25, 2, 5] *S* f. 288
dari posse sciendum est pro quacumque obligatione, siue mutua pecunia datur siue dos,
siue emptio uel uenditio contrahatur uel etiam locatio et conductio uel mandatum, et siue
pura est obligatio uel in diem uel sub condicione, et siue in praesenti contractu siue etiam
praecedat: sed et futurae obligationis nomine dari possunt: sed et non[6] soluendae omnis
pecuniae causa, uerum etiam de parte eius: et uel pro ciuili obligatione uel honoraria uel
tantum naturali. sed et[7] in condicionali obligatione non alias obligantur, nisi condicio ex-
1 2 stiterit. Inter pignus autem et hypothecam tantum nominis sonus differt. Dare autem quis
hypothecam potest siue pro sua obligatione siue pro aliena.

6 ULPIANUS libro septuagesimo tertio ad edictum. Obligatione generali rerum, [B. 25, 2, 6] **E*
quas quis habuit habiturusue sit, ea non continebuntur, quae uerisimile est quemquam spe-
cialiter obligaturum non fuisse. ut puta supellex, item uestis relinquenda est debitori, et ex
mancipiis quae in eo usu habebit, ut certum sit eum pignori daturum non fuisse. proinde
de ministeriis eius perquam ei necessariis uel quae ad affectionem eius pertineant

7 PAULUS libro sexagesimo octauo ad edictum. uel quae in usum cottidianum [B. 25, 2, 7] **E*
habentur Seruiana non competit.

8 ULPIANUS libro septuagesimo tertio ad edictum. Denique concubinam filios [B. 25, 2, 8] **E*
naturales alumnos constitit generali obligatione non contineri et si qua alia sunt huiusmodi
ministeria.

9 GAIUS libro nono ad edictum prouinciale. Sed et quod ad eas res, quas eo [B. 25, 2, 9] *S**
1 tempore quo paciscebatur in bonis[8] habuit, idem obseruari debet. Quod emptionem uen-
ditionemque recipit, etiam pignerationem recipere potest.

10 ULPIANUS libro septuagesimo tertio ad edictum. Si debitor res suas duobus [B. 25, 2, 10] **E*
simul pignori obligauerit ita, *ut* utrique in solidum obligatae essent, singuli in solidum ad-
uersus extraneos Seruiana utentur: inter ipsos autem si quaestio moueatur, possidentis
meliorem esse condicionem: dabitur enim possidenti haec exceptio: 'si non conuenit, ut
'eadem res mihi quoque pignori esset.' si autem id actum fuerit, ut pro partibus res obli-

[1] ab eo] prior? [2] habeat? [3] hypothecae *D. l. gem.* [4] possit *D. l. gem.* [5] licet testatio sine scriptis habita est *D. l. gem.* [6] solum *ins.* (*Hal.*) [7] et *del.* (*Hal.*) [8] *firmant B* (*Anon.*: καὶ ἐπὶ τοῖς πράγμασι τοῖς οὖσιν αὐτῷ): non *ins.* (*Westphal*)

4 tamen etsi P^a 7 ad formulam ypothecariam *PV*, ad formam ypotecam *U* 10 in *om.* P^a | et sine] sine P^a 11 ut *om.* F^1, *inc.* U^a 12 per eas ... 13 actum est *om.* F^1 17 et conditio P^a 18 contractus PU^a? 20 honoria P^a, honeria U^a 21 naturalis P^aU^a | non alias] F^2PU, *inc.* F^1 24 septuag. iiii P^a 25 ea non] et non P^aV^a, non ea P^b 27 habebit] FP^aU, habebat P^bV 28 effectionem P^a 29 usum] *f*(*m. recentissima*) *U cum B* (*Anon.*): τὰ πρὸς καθημερινὴν χρῆσιν, ipsum FP^a, usu P^bV | cotidianum FP^aU, cotidiano P^bV 34 prouincialem *P* 37 septuagesimo secundo *P*, septuagesimo *V* 38 ut utrique] P^bU^b, utrique FP^aU^a 39 mouebatur P^a 40 ut *om.* $P^aV^aU^a$

garentur, utilem actionem competere et inter ipsos et aduersus extraneos, per quam dimidiam[1] partis possessionem adprehendant singuli.

11 MARCIANUS libro singulari ad formulam hypothecariam. Si is qui bona rei [B. 25, 2, 11] *S*
publicae iure administrat mutuam pecuniam pro ea accipiat, potest rem eius obligare.
1 Si ἀντίχρησις facta sit et in fundum aut in aedes aliquis inducatur, eo [BS. 25, 1, 11 sch. 5]
usque retinet possessionem pignoris loco, donec illi pecunia soluatur, cum in usuras [(BS.)]
fructus percipiat aut locando aut ipse percipiendo habitandoque: itaque si amiserit posses-
2 sionem, solet in factum actione uti. Usus fructus an possit pignori hypothecaeue dari,
quaesitum est, siue dominus proprietatis conuenerit siue ille qui solum usum fructum habet.
et scribit Papinianus libro undecimo responsorum tuendum creditorem et si uelit cum cre-
ditore proprietarius agere 'non esse ei ius uti frui inuito se', tali exceptione eum praetor
tuebitur: 'si non inter creditorem et eum ad quem usus fructus pertinet conuenerit, ut
'usus fructus pignori sit': nam et cum emptorem usus fructus tuetur praetor, cur non et
3 creditorem tuebitur? eadem ratione et debitori obicietur exceptio. Iura praediorum urba-
norum pignori dari non possunt: igitur nec conuenire possunt[2], ut hypothecae sint.

12 PAULUS libro sexagesimo octauo ad edictum. Sed an uiae itineris actus [B. 25, 2, 12] *E
aquae ductus pignoris conuentio locum habeat uidendum esse Pomponius ait, ut talis pactio
fiat, ut, quamdiu pecunia soluta non sit, eis seruitutibus creditor utatur (scilicet si uicinum
fundum habeat) ‖ et, si intra diem certum pecunia soluta non sit, uendere eas uicino liceat: f. 289
quae sententia propter utilitatem contrahentium admittenda est.

13 MARCIANUS libro singulari ad formulam hypothecariam. Grege pignori obli- [B. 25, 2, 13] *S*
gato quae postea nascuntur tenentur: sed et si prioribus capitibus decedentibus totus grex
1 fuerit renouatus, pignori tenebitur. Statuliber quoque dari hypothecae poterit, licet con-
2 dicione exsistente euanescat pignus. Cum pignori rem pigneratam accipi posse placuerit,
quatenus utraque pecunia debetur pignus secundo creditori tenetur et tam exceptio quam
actio utilis ei danda est: quod si dominus soluerit pecuniam, pignus quoque peremitur.
sed potest dubitari, numquid creditori nummorum solutorum nomine utilis actio danda sit
an non: quid enim, si res soluta fuerit? et uerum est, quod Pomponius libro septimo ad
edictum scribit, si quidem pecuniam debet is, cuius nomen pignori datum est, exacta ea
creditorem[3] secum pensaturum: si uero corpus is debuerit et soluerit, pignoris loco futu-
3 rum apud secundum creditorem. Et in superficiariis legitime consistere creditor potest ad-
uersus quemlibet possessorem, siue tantum pactum conuentum de hypotheca interuenerit,
4 siue etiam possessio tradita fuerit, deinde amissa sit. Etiamsi creditor iudicatum debitorem
fecerit, hypotheca manet obligata, quia suas condiciones habet hypothecaria actio, id est[4]
si soluta est pecunia aut satisfactum est, quibus cessantibus tenet. et si cum defensore in
personam egero, licet is mihi satisdederit et damnatus sit, aeque hypotheca manet obligata.
multo magis ergo si in personam actum sit siue cum reo siue cum fideiussore siue cum
utrisque pro parte, licet damnati sint, hypotheca manet obligata nec per hoc uidetur satis-
5 factum creditori, quod habet iudicati actionem. Si sub condicione debiti nomine obligata
sit hypotheca, dicendum est ante condicionem non recte agi, cum nihil interim debeatur:
sed si sub condicione debiti condicio uenerit, rursus agere poterit. sed si praesens sit de-
bitum, hypotheca uero sub condicione, et agatur ante condicionem hypothecaria, uerum
quidem est pecuniam solutam non esse, sed auferri hypothecam iniquum est: ideoque ar-

F[*P*(*VU*)]

---

[1] dimidiam *del.* [2] conueniri (possunt *del.*)? [3] secundum *ins.* (*Huschke*)? [4] finita est *ins.*

---

5 antix PHCIC *P*, ante decem PHCω *V*, antiphia *U*[1], *inc. U*[a] | in aedes] indes *P*[a] 6 in l'usuras *F* 13 usu'ſ' fructus *F*[2] 17 'a'quae ductus *F*[2], atque ductus *P*[a] | tali pacto *PV* 18 eis] his *PVU* 19 soluta] *om. P*[a]*U*[a], redita *P*[1] 26 pignus quoque peremitur] *quasi legissent* pignus utrumque peremitur *uertunt B* (*Anon.*): ἑκατέρα ὑποθήκη λύεται 28 et *om. P*[a] 29 exacta ea creditorem] exacte a creditore *P*[a]*V*[a]*U*[a], exactam a creditore *P*[1]*U*[1], exactim a creditorem *V*[c]?: καὶ εἰ μὲν χρήματα ἦν τὰ ἐποφειλόμενά μοι, λαμβάνων αὐτὰ συμψηφίζεις εἰς τὸ χρέος μου *B* (*Anon.*) 34 f'u'ecerit *F*[1] | habet] habet ut *P*[a]*U*[a] | h'ypoth'ecaria *F*[2] 35 et *om. PVU* 37 siue cum reo *om. F*[1] 39 habeat *P* 41 poterit *om. F*[1]

bitrio iudicis cautiones interponendae sunt 'si condicio exstiterit nec pecunia soluatur, re-
6 stitui hypothecam, si in rerum natura sit.' Propter usuras quoque si obligata sit hypo-
theca, usurae solui debent: idem et in poena dicemus.

14 ULPIANUS libro septuagesimo tertio ad edictum. Quaesitum est, si nondum B. 25, 2, 14 *E
dies pensionis uenit, an et medio tempore persequi pignora permittendum sit. et puto dan-
1 dam pignoris persecutionem, quia interest mea: et ita Celsus scribit. Ex quibus casibus
naturalis obligatio consistit, pignus perseuerare constitit.

15 GAIUS libro singulari de formula hypothecaria. Et quae nondum sunt, futura B. 25, 2, 15 S
tamen sunt, hypothecae dari possunt, ut fructus pendentes, partus ancillae, fetus pecorum
et ea quae[1] nascuntur sint hypothecae obligata: idque seruandum est, siue dominus fundi
conuenerit aut de usu fructu[2] aut de his quae nascuntur siue is, qui usum fructum habet,
1 sicut Iulianus scribit. Quod dicitur creditorem probare debere, cum conueniebat, rem in
bonis debitoris fuisse, ad eam conuentionem pertinet, quae specialiter facta est, non ad
illam, quae cottidie inseri solet cautionibus, ut specialiter rebus hypothecae nomine datis
cetera etiam bona teneantur debitoris, quae nunc habet et quae postea adquisierit, perinde
2 atque si specialiter hae res fuissent obligatae. Qui res suas iam obligauerint et alii secundo
obligant ‖ creditori, ut effugiant periculum, quod solent pati qui saepius easdem res obli- f. 289'
gant, praedicere solent alii nulli rem obligatam esse quam forte Lucio Titio, ut in id quod
excedit priorem obligationem res sit obligata, ut sit pignori hypothecaeue id quod pluris
est: aut solidum, cum primo debito liberata res fuerit? de quo uidendum est, utrum hoc
ita se habeat, si et[3] conueniat, an et si simpliciter conuenerit de eo quod excedit ut sit
hypothecae? et solida res inesse conuentioni uidetur, cum a primo creditore fuerit liberata,
an adhuc pars? sed illud magis est, quod prius diximus.

16 MARCIANUS libro singulari ad formulam hypothecariam. Si fundus hypothecae B. 25, 2, 16 Sf
1 datus sit, deinde alluuione maior factus est, totus obligabitur. Si nesciente domino Ep. 18, 2
res eius hypothecae data sit, deinde postea dominus ratum habuerit, dicendum est hoc
ipsum[4], quod ratum habet, uoluisse eum retro recurrere ratihabitionem ad illud tempus, quo
conuenit. uoluntas autem fere eorum demum seruabitur, qui et pignori dare possunt. (Ep.)
2 Si res hypothecae data postea mutata fuerit, aeque hypothecaria actio BS. 25, 1, 19 sch. 1
competit, ueluti de domo data hypothecae et horto facta: item si de loco conuenit et do-
3 mus facta sit: item de loco dato, deinde uineis in eo positis. In uindicatione pignoris (BS.)
quaeritur, an rem, de qua actum est, possideat is cum quo actum est. nam si non possi-
deat nec dolo fecerit quo minus possideat, absolui debet: si uero possideat et aut pecu-
niam soluat aut rem restituat, aeque absoluendus est: si uero neutrum horum faciat, con-
demnatio sequetur. sed si uelit restituere nec possit (forte quod res abest et longe est uel
in prouinciis), solet cautionibus res explicari: nam si caueret se restituturum, absoluitur.
sin uero dolo quidem desiit possidere, summa autem ope nisus non possit rem ipsam re-
stituere, tanti condemnabitur, quanti actor in litem iurauerit, sicut in ceteris in rem actio-
nibus: nam si tanti condemnatus esset, quantum deberetur, quid proderat in rem actio,
4 cum et in personam agendo idem consequeretur? Interdum etiam de fructibus arbitrari
debet iudex, ut, ex quo lis inchoata sit, ex eo tempore etiam fructibus condemnet. quid
enim si minoris sit praedium, quam debetur? nam de antecedentibus fructibus nihil potest
5 pronuntiare, nisi exstent et res non sufficit. Creditor hypothecam sibi per sententiam ad-

F[*P(VU)*]

[1] et ea quae] simulatque? [2] usu fructu] fructibus (*Krueger*)? *sed potius* aut de u. f. aut d. h. q. nascuntur *del.* [3] ita? [4] ipso?

1 exterit P^a 3 in *om.* P^a 10 sint *om.* P^a 11 conu. aut] conu. ut PV^aU^a 13 conuenientiam *PVU* 15 adquisierat *PVU* 21 et si] si P^aU^b, *om.* U^a 22 conuentione P^aV 23 adhoc F^1 25 allubione F^1 26 eius] etus F^1 27 ratihabitionem] $F^1P^1V^1U^1$, ratihabitationem F^aU^a, ratihabitione P^aV^a 28 seruauitur F^1 29 aeque] neque P^a 30 loco conuenit] loco facta dato conuenit P^a 31 item] item si *PV* 36 restiturum *P*, restituturum *U* 38 condemnauitur F^1 40 idem] id est P^a 43 et res non sufficit] F^1, res non sufficit $F^2P^aV^aU$, res P^bV^b

iudicatam quemadmodum habiturus sit, quaeritur: nam dominium eius uindicare non potest. sed hypothecaria agere potest, et si exceptio obicietur a possessore rei iudicatae, replicet: 6 'si secundum me iudicatum non est'. Si pluris condemnatus sit debitor non restituendo pignus, quam computatio sortis et usurarum faciebat, an, si tantum soluerit, quantum debebat, exoneretur hypotheca? quod ego quantum quidem ad suptilitatem legis et auctoritatem sententiae non probo: semel enim causa transire uidetur ad condemnationem et inde pecunia deberi: sed humanius est non amplius eum, quam quod re uera debet, dando hypo- 7 thecam liberare. Aliena res utiliter potest obligari sub condicione, si debitoris facta fuerit. 8 Si duo pariter de hypotheca paciscantur, in quantum quisque obligatam hypothecam habeat, utrum pro quantitate debiti an pro partibus dimidiis, quaeritur. et magis est, ut pro quantitate debiti pignus habeant obligatum. sed uterque, si cum possessore agat, quemadmodum[1]? utrum de parte quisque an de toto, quasi utrique in solidum res obligata sit? quod erit dicendum, si eodem die pignus utrique datum est separatim: sed si [Pom. 3, 10] simul illi et illi, si hoc actum est, uterque recte in solidum aget, si minus, unusquisque 14 9 pro parte. Potest ita fieri pignoris datio hypothecaeue, ut, si intra certum ‖ tempus [(Pom.)] f. 290 non sit soluta pecunia, iure emptoris possideat rem iusto pretio tunc aestimandam: hoc enim casu uidetur quodammodo condicionalis esse uenditio. et ita diuus Seuerus et Antoninus rescripserunt.

17 Ulpianus libro quinto decimo ad edictum. Pignoris persecutio in rem parit [B. 25, 2, 17] *E* actionem creditori.

18 Paulus libro nono decimo ad edictum. Si ab eo, qui Publiciana uti potuit [B. 25, 2, 18] *E* quia dominium non habuit, pignori accepi, sic tuetur me per Seruianam praetor, quemadmodum debitorem per Publicianam.

19 Ulpianus libro uicesimo primo ad edictum. Qui pignori plures res accepit, [B. 25, 2, 19] *E* non cogitur unam liberare nisi accepto uniuerso quantum debetur.

20 Idem libro sexagesimo tertio ad edictum. Cum conuenit, ut is, qui ad re- [B. 25, 2, 20] *E* fectionem aedificii credidit, de pensionibus iure pignoris ipse creditum recipiat, etiam actiones utiles aduersus inquilinos accipiet cautionis exemplo, quam debitor creditori pignori dedit.

21 Idem libro septuagesimo tertio ad edictum. Si inter colonum et procurato- [B. 25, 2, 21] *E* rem meum conuenerit de pignore uel ratam habente me conuentionem uel mandante, quasi 1 inter me et colonum meum conuenisse uideatur. Si debitor seruum, quem a non domino bona fide emerat et pigneranit, teneat, Seruianae locus est et, si aduersus eum agat cre- 2 ditor, doli replicatione exceptionem elidet: et ita Iulianus ait, et habet rationem. Quidquid 3 pignori commodi siue incommodi fortuito accessit, id ad debitorem pertinet. Si res pignerata non restituatur, lis aduersus possessorem erit aestimanda, sed utique aliter aduersus ipsum debitorem, aliter aduersus quemuis possessorem: nam aduersus debitorem non pluris quam quanti debet, quia non pluris interest, aduersus ceteros possessores etiam pluris, et quod amplius debito consecutus creditor fuerit, restituere debet debitori pigneraticia actione. *F*[*P(VU)*]

---

[1] aget *ins.*

---

2 reiudicatae re'p'plicet F^2, iudicate replicet U^e, iudicate ..... P^a, iudicate rei replicet P^b, iudicati replicet U^b 3 me] eum PU^b 4 soluerit 'a' F^b | debeat PVU^b, habeat U^e 5 ab suptilitate legis et auctoritate P^a 7 quam *om.* V^eU^e, *inc.* P^a 9 obligantam P^a 10 an pro ... 11 debiti *om.* P^a 13 si simul] simul P^aVU^e 14 minus] minus aget PU 16 aestimandum F, extimandum P^a, examinandam U 19 pignoris ... 20 actionem] ἡ περὶ τοῦ ἐνεχύρου ἀρμόζουσα τῷ δανειστῇ ἀγωγὴ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐκδίκησίς ἐστι *B* (*Anon.*) *ex interpretatione opinor* 21 publicana P^aU^e 23 publicanam P^a 24 pignori plures] pignore P^a, pignori V^eU^e 32 a *om.* P^a 34 excemptionem P^a | et ita] ita *P*, ita ut *U* 38 quia non ... 39 restituere debet *om. suo loco, habet* (*sed omissis* interest aduersus ceteros possessores etiam pluris) *inter* conua(lescit) *et* sed *p. 586 u. 3* P^a*: adsunt suo loco (sed iisdem uerbis omissis)* *V:* quia non pluris interest *suppl.* P^b*, reliqua* P^a*: deficit in his* U^e*: cf. ad p. 586 u. 3* [et] F^1 *cum B* (*Anon.*): καὶ τὸ μετὰ τὸ χρέος διδῶσι, *set* F^2, *est PVU* (*uide not. praeced.*)

22 MODESTINUS libro septimo differentiarum. Si Titio, qui rem meam ignorante me creditori suo pignori obligauerit, heres exstitero, ex postfacto pignus directo quidem non conualescit, sed utilis pigneraticia dabitur creditori. B. 25, 2, 22 *E*

23 IDEM libro tertio regularum. Creditor praedia sibi obligata ex causa pignoris 1 locare recte poterit. Pignoris obligatio etiam inter absentes[1] recte ex contractu obligatur. B. 25, 2, 23 *E*

24 IDEM libro quinto regularum. In quorum finibus emere quis prohibetur, pignus accipere non prohibetur. B. 25, 2, 24 *E*

25 IDEM libro octauo regularum. Cum uitiose uel inutiliter contractus pignoris intercedat, retentioni locus non est, nec si bona creditoris ad fiscum pertineant. B. 25, 2, 25 *E*

26 IDEM libro quarto responsorum. Fideiussor impetrauit a potestate, ut et ante quam solueret pignora ipse possideat quasi satisfacturus creditoribus, nec satisfecit: modo heres debitoris paratus est soluere creditoribus: quaero, an pignora fideiussor restituere 1 cogendus sit. Modestinus respondit cogendum esse. Pater Seio emancipato filio facile persuasit, ut, quia mutuam quantitatem acciperet a Septicio creditore, chirographum perscriberet sua manu filius eius[2], quod ipse impeditus esset scribere, sub commemoratione domus ad filium pertinentis pignori dandae: quaerebatur, an Seius inter cetera bona etiam hanc domum iure optimo possidere possit, cum patris se hereditate abstinuerit, nec metuiri[3] ex hoc solo, quod mandante patre manu sua perscripsit instrumentum chirographi, cum neque consensum suum accommodauerat patri aut signo suo aut alia scriptura. Modestinus respondit: cum sua manu pignori domum suam futuram Seius scripserat, consensum ei ob- 2 ligationi dedisse manifestum est. Lucius Titius praedia ‖ et mancipia quae in praediis erant obligauit: heredes eius praediis inter se diuisis illis mancipiis defunctis alia substituerunt: creditor postea praedia cum mancipiis distraxit. quaeritur, an ipsa mancipia, quae sunt modo in praediis constituta, hoc est in hypothecis, emptor uindicare recte possit. Modestinus respondit, si neque pignerata sunt ipsa mancipia neque ex pigneratis ancillis nata, minime creditoribus obligata esse. B. 25, 2, 26 *E* f. 290'

27 MARCELLUS libro quinto digestorum. Seruum, quem quis pignori dederat, ex leuissima offensa uinxit, mox soluit, et quia debito non satisfaciebat, creditor minoris seruum uendidit: an aliqua actio creditori in debitorem constituenda sit, quia crediti ipsius actio non sufficit ad id quod deest persequendum? quid si eum interfecisset aut eluscasset? ubi quidem interfecisset, ad exhibendum tenetur: ubi autem eluscasset, quasi damni iniuriae dabimus actionem ad quantum interest, quod debilitando aut uinciendo persecutionem pignoris exinanierit. fingamus nullam crediti nomine actionem esse, quia forte causa ceciderat: non existimo indignam rem animaduersione et auxilio praetoris. ULPIANUS notat: si, ut creditori noceret, uinxit, tenebitur, si merentem, non tenebitur. B. 25, 2, 27 *Ef*

28 PAULUS libro tertio quaestionum. Si legati condicionalis[4] relicti filio familias pater ab herede rem propriam eius pignori accepit et mortuo patre uel emancipato filio condicio legati exstiterit, incipit filio legatum deberi et neque pater potest pignus uindicare neque filius, qui nunc habere coepisset actionem nec ex praecedente tempore potest quicquam iuris habere in pignore, sicut in fideiussore dicitur. B. 25, 2, 28 *P*

F[*P(VU)*]

[1] consistit, quoniam absens *ins.* (*u. i.*) [2] filius Seius (*Best*)? [3] metuiri] metuere (*u. i.*)? [4] nomine *ins.* (*Hal.*)

3 conualescit] conua(lescit *supra u. ead. manu*) P^a, *cf. supra p. 585 u. 38* 4 excusa P^a 5 pignoris ... obligatur] ἢ τοῦ ἐνεχύρου ἀρωτὴ ἤτοι ἐνοχὴ καὶ μεταξὺ ἀπόντων συνίσταται *B* (*Anon.*) 10 a potestate] κατὰ ψήφον *B* (*Anon.*) | ut et] *om.* P^aU, ut P^bV, ut *post* solueret (*u. 11*) *U* 13 pater seio] partes ei P^a, pater sei P^bU | facile] facere P^aV^aU 17 patri's' ‖ 'a' se F^2, patris a se P^aU^a | metuiri] *F*, metueri P^a, metuere $P^bV^bU^b$, metum U^a, *inc.* V^a 18 perscripsit] F^1PU, perscripserit F^2, praescripsit *V* 19 accommodauerat] F^1, accommodauerit F^2PV, accommodauit *U* 22 defunctis ... 23 cum mancipiis *om.* P^a 27 marcellinus P^a | pigneri F^1 30 deest] est P^aVU^a? | quid] quod P^aV, *inc.* U^a | aut luscasset P^a 33 quia] qua P^aVU^a | causam FP^aU^a, causa ex V^a 34 animaduersionem P^aU^a 35 noceat ret P^a | si merentem non tenebitur *om.* P^a 36 legatis P^a

29 IDEM libro quinto responsorum. Paulus respondit generalem quidem conuen- B. 25, 2, 29 P
tionem sufficere ad obligationem pignorum: sed ea, quae ex bonis defuncti non fuerunt, sed postea ab herede eius ex alia causa adquisita sunt, uindicari non posse a creditore
1 testatoris. Si mancipia in causam pignoris ceciderunt, ea quoque, quae ex his nata sunt, eodem iure habenda sunt. quod tamen diximus etiam adgnata teneri, siue specialiter de his conuenerit siue non, ita procedit, si dominium eorum ad eum peruenit qui obligauit
2 uel heredem eius: ceterum *si* apud alium dominum pepererint, non erunt obligata. Domus pignori data exusta est eamque aream emit Lucius Titius et exstruxit: quaesitum est de iure pignoris. Paulus respondit pignoris persecutionem perseuerare et ideo ius soli superficiem secutam uideri, id est cum iure pignoris: sed bona fide possessores non aliter co-
3 gendos creditoribus aedificium restituere, quam[1] sumptus in exstructione erogatos, quatenus pretiosior res facta est, reciperent. Si sciente et consentiente domino seruus, ut omnia bona domini pignori obligata essent, conuenit, ipsum quoque qui cauit obligatum esse pignoris iure. 14

30 IDEM libro sexto responsorum. Periculum pignorum nominis uenditi ad emp- B. 25, 2, 30 P
torem pertinere, si tamen probetur eas res obligatas fuisse.

31 SCAEVOLA libro primo responsorum. Lex uectigali fundo dicta erat, ut, si B. 25, 2, 31 P
post[2] certum temporis uectigal solutum non esset, is fundus ad dominum redeat: postea is fundus a possessore pignori datus est: quaesitum est, an recte pignori datus est. re-
1 spondit, si pecunia intercessit, pignus esse. Item quaesiit, si, cum in exsolutione uectigalis tam debitor quam creditor cessassent et propterea pronuntiatum esset fundum secundum legem domini esse, cuius potior causa esset. respondit, si ut proponeretur uectigali non soluto iure suo dominus usus esset, ‖ etiam pignoris ius euanuisse. f. 291

32 IDEM libro quinto responsorum. Debitor pactus est, ut quaecumque in prae- B. 25, 2, 32 P
dia pignori data inducta inuecta importata ibi nata parataue essent, pignori essent: eorum praediorum pars sine colonis fuit eaque actori suo colenda debitor ita[3] tradidit adsignatis et seruis culturae necessariis: quaeritur, an et Stichus uilicus et ceteri serui ad culturam missi et Stichi uicarii obligati essent. respondit eos dumtaxat, qui hoc animo a domino inducti essent, ut ibi perpetuo essent, non temporis causa accommodarentur[4], obligatos.

33 TRYPHONINUS libro octauo disputationum. Is qui promissit tibi aut Titio so- B. 25, 2, 33 P
lutum quidem Titio repetere non potest, sed pignus ei datum et ante solutionem recipit.

34 SCAEVOLA libro uicesimo septimo digestorum. Cum tabernam debitor credi- B. 25, 2, 34 A
tori pignori dederit, quaesitum est, utrum eo facto nihil egerit an tabernae appellatione merces, quae in ea erant, obligasse uideatur? et si eas merces per tempora distraxerit et alias comparauerit easque in eam tabernam intulerit et decesserit, an omnia quae ibi de-
prehenduntur creditor hypothecaria actione petere possit, cum et mercium species mutatae sint et res aliae illatae? respondit: ea, quae mortis tempore debitoris in taberna inuenta
1 sunt, pignori obligata esse uidentur. Idem quaesiit, cum epistula talis emissa sit: 'Δανει-
'cάμενος παρὰ coῦ δηνάρια πεντακόcια παρεκάλεcά ce μὴ βεβαιωτὴν ἀλλ' ὑποθήκην παρ ἐμοῦ
'λαβεῖν· οἶδας γὰρ ἀκριβῶc, ὅτι καὶ ἡ ταβέρνα καὶ οἱ δοῦλοί μου οὐδενὶ κατέχονται ἢ coὶ καὶ
'ὡc εὐcχήμονι ἀνθρώπῳ ἐπίcτευcας': an pignus contractum sit an uero ea epistula nullius momenti sit, cum sine die et consule sit. respondit, cum conuenisse de pignoribus uidetur, non idcirco obligationem pignorum cessare, quod dies et consules additi uel tabulae signatae
F[*P*(*VU*)]

[1] ut *ins.* [2] per? [3] ita] interea (= ιεα)? [4] commodarentur (ac *male gem.*)?

3 uindicare P^aVU 5 habende P^aU^a 7 si *om.* $FP^aV^aU^a$ 9 paulus respondit pignoris *om.* F^1 10 bona fide] F^1, bonae fidei $F^{2?}PU$ 15 emptorē P^a 16 si] sit P^a 17 primo *om.* PV 18 tempus PVU 19 respondit' F^b 25 inducta] ducta $P^aV^aU^a$ | parataue] F (*cf. D. 43, 32, 1 pr.*), partaue PVU 26 praediorum] praedio praediorum P^aU^a 27 uilius P^a, culicius V^a 30 promi's'sit F^2 34 obligasse uideantur FU^a, obliga.. uideantur P^a, obligate uideantur P^bU^b, obligasse uidentur V^a 35 eam tabernas P^a, eas tabernas VU^a 37 et res] res P^aU^a | inuenta'e' F^2 38 *ab* idem *l. inc. FU* | *Graeca om. PVU* | ΔΑΝΙCΑΜΕΝΟC F 41 ea *om. PVU*

2 non sint. Creditor pignori accepit a debitore quidquid in bonis habet habiturusue esset: quaesitum est, an corpora pecuniae, quam idem debitor ab alio mutuam accepit, cum in bonis eius facta sint, obligata creditori pignoris[1] esse coeperint. respondit coepisse.

35 LABEO libro primo pithanon a Paulo epitomatorum. Si insula, quam tibi ex [B. 25, 2, 35] *A* pacto conuento licuit uendere, combusta est, deinde a debitore[2] suo restituta, idem in noua insula iuris habes.

II.

℞ IN QUIBUS CAUSIS PIGNUS UEL HYPOTHECA TACITE CONTRAHITUR ℞ *SEPA*

1 PAPINIANUS libro decimo responsorum. Senatus consult*o* quod [cf. D. 42, 5, 24, 1. B. 25, 3, 1] **P* sub Marco imperatore factum est pignus insulae creditori datum, qui pecuniam ob restitutionem aedificii exstruendi mutuam dedit, ad eum quoque pertinebit, qui redemptori domino mandante nummos ministrauit.

2 MARCIANUS libro singulari ad formulam hypothecariam. Pomponius libro qua- [B. 25, 3, 2] *S* dragesimo uariarum lectionum scribit: non solum pro pensionibus, sed et si deteriorem habitationem fecerit culpa sua inquilinus, quo nomine ex locato cum eo erit actio, inuecta et illata pignori erunt obligata.

3 ULPIANUS libro septuagesimo tertio ad edictum. Si horreum fuit conductum [B. 25, 3, 3] **E* uel deuorsorium uel area, tacitam conuentionem de inuectis illatis etiam in his locum habere putat Neratius: quod uerius est.

4 NERATIUS libro primo membranarum. Eo iure utimur, ut quae in praedia ur- [B. 25, 3, 4] *S** bana inducta illata sunt pignori esse credantur, quasi id tacite conuenerit: in rusticis prae-
1 diis contra obseruatur. Stabula quae non sunt in continentibus aedificiis quorum praediorum ea numero habenda sint, dubitari potest. et quidem ‖ urbanorum sine dubio non sunt, f. 291′ cum a ceteris aedificiis separata sint: quod ad causam tamen talis taciti pignoris pertinet, non multum ab urbanis praediis differunt.

5 MARCIANUS libro singulari ad formulam hypothecariam. Pomponius libro tertio [B. 25, 3, 5] *Sf* decimo uariarum lectionum scribit, si gratuitam habitationem conductor mihi praestiterit,
1 inuecta a me domino insulae pignori non esse. Item: illud, inquit, uidendum[3] est uoluntate
2 domini induci pignus ita posse, ut in partem debiti sit obligatum. Si quis fideiubeat, cum res illius a debitore pro quo fideiussit pignori data sit, bellissime intellegitur hoc ipso, quod fideiubeat, quodammodo mandare res suas esse obligatas. sane si postea sint eius res hypothecae datae, non erunt obligatae.

6 ULPIANUS libro septuagesimo tertio ad edictum. Licet in praediis urbanis ta- [B. 25, 3, 6] *E* cite solet conuentum accipi, ut perinde teneantur inuecta et inlata, ac si specialiter conuenisset, certe libertati huiusmodi pignus non officit idque et Pomponius probat: ait enim manumissioni non officere ob habitationem obligatum.

7 POMPONIUS libro tertio decimo ex uariis lectionibus. In praediis rusticis fructus [B. 25, 3, 7] *Ef* qui ibi nascuntur tacite intelleguntur pignori esse domino fundi locati, etiamsi nominatim
1 id non conuenerit. Uidendum est, ne non omnia illata uel inducta, sed ea sola, quae, ut ibi sint, illata fuerint, pignori sint: quod magis est.

F[*P*(*V, ubi u. 10* quod *incipit m. altera paullo recentior, U*)]

---

[1] pignoris *del.* [2] aere *uel* de *ins.* [3] uidendum] euidens?

---

1 sint] sunt *P* 3 pignori *PV* 8 tacite contrahitur pignus uel hyp. *ind. F* 10 senatus consultum $FP^aU^{a\,et\,e}$ 11 sub] sum F^a 12 instruendi P^bVU, instruand. P^a 13 ministrauit] F^1, administrauit F^2PU 19 deuorsoreum P^a 20 quod] et quod *V, om.* P^a 28 gra't'uitam F^2 29 esse't' F^2 31 bellissime] uerissime *PVU* 34 praesidiis P^a 35 teneatur P^a 36 certe] et certe *U*, .. certe P^a, tamen certe P^b 38 ex uariis lectionibus] ad edictum ..... P^a 40 ea sola] sola P^a, sola ea P^b 41 fuerunt *PV* | magis] maius *PV*

8 PAULUS libro secundo sententiarum. Cum debitor gratuita pecunia utatur, potest creditor de fructibus rei sibi pigneratae ad modum legitimum usuras retinere. B. 25, 3, 8 *P*

9 IDEM libro singulari de officio praefecti uigilum. Est differentia obligatorum propter pensionem et eorum, quae ex conuentione manifestari[1] pignoris nomine tenentur, quod manumittere mancipia obligata pignori non possumus, inhabitantes autem manumittimus[2], scilicet antequam pensionis nomine percludamur[3]: tunc enim pignoris nomine retenta mancipia non liberabimus: et derisus Nerua iuris consultus, qui per fenestram monstrauerat seruos detentos ob pensionem liberari posse. B. 25, 3, 9 *P*

10 SCAEVOLA libro sexto digestorum. Tutoris heres cum herede pupilli transactione facta, cum ex ea maiorem partem soluisset, in residuam quantitatem pignus obligauit: quaesitum est, an in ueterem contractum iure res obligata esset. respondit secundum ea quae proponerentur obligatam esse. B. 25, 3, 10 *A*

III.

℟ QUAE RES PIGNORI UEL HYPOTHECAE DATAE OBLIGARI NON POSSUNT ℟ *SP*

1 MARCIANUS libro singulari ad formulam hypothecariam. Pupillus sine tutoris auctoritate hypothecam dare non potest. Si filius familias pro alio rem peculiarem obligauerit uel seruus, dicendum est eam non teneri, licet liberam peculii sui administrationem habeant: sicut nec donare eis conceditur: non enim usquequaque habent liberam administrationem. facti tamen est quaestio, si quaeratur, quousque eis permissum uideatur peculium administrare. Eam rem, quam quis emere non potest, quia commercium eius non est, iure pignoris accipere non potest, ut diuus Pius Claudio Saturnino rescripsit. quid ergo, si praedium quis litigiosum pignori acceperit, an exceptione summouendus sit? et Octauenus putabat etiam in pignoribus locum habere exceptionem: quod ait Scaeuola libro tertio uariarum quaestionum procedere, ut in rebus mobilibus exceptio locum habeat. B. 25, 4, 1 *S* Ep. 18, 4 (Ep.)

2 GAIUS libro singulari de formula hypothecaria. Si alius pro muliere quae intercessit dederit hypothecam, aut pro filio familias cui contra senatus consultum creditum est, an his succurritur, quaeritur. et in eo quidem, qui pro muliere obligauit rem suam, facilius dicetur succurri ‖ ei, sicuti fideiussori huius mulieris eadem datur exceptio. sed et in eo, qui pro filio familias rem suam obligauit, eadem dicenda erunt, quae tractantur et in fideiussore eius. B. 25, 4, 2 *Sf* f. 292

3 PAULUS libro tertio quaestionum. Aristo Neratio Prisco scripsit: etiamsi ita contractum sit, ut antecedens dimitteretur, non aliter[4] in ius pignoris succedet, nisi conuenerit, ut sibi eadem res esset obligata: neque enim in ius primi succedere debet, qui ipse nihil conuenit de pignore: quo casu emptoris causa melior efficietur. denique si antiquior creditor de pignore uendendo cum debitore pactum interposuit, posterior autem creditor de distrahendo omisit non per obliuionem, sed cum hoc ageretur, ne posset uendere, uideamus, an dici possit hoc usque transire ad eum ius prioris, ut distrahere pignus huic B. 25, 4, 3 *P*

F[P(VU)]

---

[1] manifestati? [2] inhabitantes autem manumittimus] *pro his, quae ueniunt quidem a F², sed firmantur a Graecis, expectes talia potius:* ex conuentione declarata manumittere possumus [3] recludantur? [4] alter *ins.*

---

1 cum ... utatur] ἐὰν ὁ χρεώστης ἄτοκον ἔχῃ τὸ χρέος *B* (*Anon.*) 4 manifestari] *FP*ᵃ, manifesta *P*¹*U* | tenetur *P*ᵃ 5 inhabitantes autem manumittimus *om. F*¹: τὰ ἐκ συμφώνου ὑποτεθέντα ἀνδράποδα οὐκ ἐλευθεροῦνται, ὁ μέντοι ἔνοικος ἐλευθεροῦν δύναται *B* (*Anon.*) 6 scilicet ... percludamur] πρὶν ἢ διὰ τὰ στεγονόμια τὸν οἶκον ὁ δεσπότης ἀσφαλίζηται *B* (*Anon.*) 7 liberauimus *F*¹*PU* 14 hypotheca *ind. F* 25 uariorum *F* | habet *P*ᵃ 28 obligauerit *P* 29 sicuti *om. F*¹ 30 et *om. PU* | eo] et *P*ᵃ 35 efficeretur *P*ᵃ*V*ᵃ*U* 36 debitori *F*¹ 37 misit *P*ᵃ*U* | oblibionem *F*, obligacionem *U*ᵃ 38 hoc usque *FP*ᵃ*V*ᵃ | huic] ulic *P*ᵃ?

plius etiam sub condicione creditorem tuendum putabat aduersus eum, cui postea quicquam
2 deberi coeperit, si modo non ea condicio sit, quae inuito debitore impleri non possit. Sed
et si heres ob ea legata, quae sub condicione data erant, de pignore rei suae conuenisset
et postea eadem ipsa pignora ob pecuniam creditam pignori dedit ac post condicio lega- 4
3 torum exstitit, hic quoque ‖ tuendum eum, cui prius pignus datum esset, existimauit. Titia f. 293
praedium alienum Titio pignori dedit, post Maeuio: deinde domina eius pignoris facta ma-
rito suo in dotem aestimatum dedit. si Titio soluta sit pecunia, non ideo magis Maeuii
pignus conualescere placebat. tunc enim priore dimisso sequentis confirmatur pignus, cum
res in bonis debitoris inueniatur: in proposito autem maritus emptoris loco est: atque ideo,
quia neque tunc cum Maeuio obligaretur neque cum Titio solueretur in bonis mulieris 10
fuerit, nullum tempus inueniri, quo pignus Maeuii conualescere possit. haec tamen ita, si
bona fide in dotem aestimatum praedium maritus accepit, id est si ignorauit Maeuio obli-
gatum esse.

10 Ulpianus libro primo responsorum. Si et iure iudicatum et pignus in causa B. 25, 5, 8 *S*
iudicati ex auctoritate eius qui iubere potuit captum est, priuilegiis temporis fore potiorem 15
heredem eius, in cuius persona pignus constitutum est.

11 Gaius libro singulari de formula hypothecaria. Potior est in pignore, qui prius B. 25, 5, 9 *S*
credidit pecuniam et accepit hypothecam, quamuis cum alio ante conuenerat, ut, si ab eo
pecuniam acceperit, sit res obligata, licet[1] ab hoc postea accepit: poterat enim, licet ante
1 conuenit, non accipere ab eo pecuniam. Uideamus, an idem dicendum sit, si sub condicione 20
stipulatione facta hypotheca data sit, qua pendente alius credidit pure et accepit eandem
hypothecam, tunc deinde priori*s* stipulationis exsistat condicio, ut potior sit qui postea
credidisset. sed uereor, num hic aliud sit dicendum: cum enim semel condicio exstitit,
perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine condicione facta
2 esset. quod et melius est. Si colonus conuenit, ut inducta in fundum illata ibi nata pignori 25
essent, et antequam inducat, alii rem hypothecae nomine obligauerit, tunc deinde eam in
fundum induxerit, potior erit, qui specialiter pure accepit, quia non ex conuentione priori
3 obligatur, sed ex eo quod inducta res est, quod posterius factum est. Si de futura re con-
uenerit, ut hypothecae sit, sicuti est de partu, hoc quaeritur, an ancilla conuentionis tem-
pore in bonis fuit debitoris: et in fructibus, si conuenit ut sint pignori, aeque quaeritur, 30
4 an fundus uel ius utendi fruendi conuentionis tempore fuerit debitoris. Si pa- Ep. 18, 8 not.
ratus est posterior creditor priori creditori soluere quod ei debetur, uidendum est, an com-
petat ei hypothecaria actio nolente priore creditore pecuniam accipere. et dicimus priori
creditori inutilem esse actionem, cum per eum fiat, ne ei pecunia soluatur. 34

12 Marcianus libro singulari ad formulam hypothecariam. Creditor qui prior B. 25, 5, 10 *Sf*
hypothecam accepit siue possideat eam et alius uindicet hypothecaria actione, exceptio
priori utilis est 'si non mihi ante pignori hypothecaeue nomine sit res obligata': siue alio
possidente prior creditor uindicet hypothecaria actione et ille excipiat 'si non conuenit, ut
'sibi res sit obligata', hic in modum supra relatum replicabit. sed si cum alio possessore
creditor secundus agat, recte aget et adiudicari ei poterit hypotheca, ut tamen prior cum 40
1 eo agendo auferat ei rem. Si quoniam non restituebat rem pigneratam possessor condem-
natus ex praefatis modis litis aestimationem exsoluerit, an perinde secundo creditori te-
neatur, ac si soluta sit pecunia priori creditori, quaeritur. et recte puto hoc admittendum
F[P(VU)]

[1] licet] scilicet si?

1 conditionem P^a | putabam P^a 5 existimauit] F^1P, existimauerit F^2U 11 fueri'n't F^2, fuit PV, *def.* U^a | meuio PVU^b, *def.* U^a 15 potuerit P, poterit V | fore potiorem heredem] F^b, forte praetiorem heredem F^a, forciorem heredem P^aU^a, forcior est heres P^bVU^b 17 ad formulam ypothecariam PVU 18 accepit] accepit pecuniam P^a | ab] ob P^a, ad U 19 poterat] potestat P^a 22 prioristipulationis F 23 conditio semel P 25 ut *om.* P^a 26 eam] ea $P^{a\,ut\,b}$ 27 potior erit *om.* P^aV 28 ex eo] in eo PV 29 conuenionis P^a 31 fuit P^aU 34 fiant P^a | solutatur P^a 36 rossideat F^a, rossidet F^b, possidet F^2PU 37 pignoris PU^b 38 excipit P, exceperit V | sibi ut P^ar 39 replicauit F^1P^a 43 ac] at P^a

2 esse. Si primus, qui sine hypotheca credidit, post secundum, qui utrumque fecit, [1]ipse hypothecam accepit, sine dubio posterior in hypotheca est: unde[2] si in diem de hypotheca conuenit, dubium non est, quin potior sit, licet ante diem cum alio creditore pure de eadem
3 re conuenit. Si idem bis, id est ante secundum ‖ et post eum crediderit, in priore pecunia f. 293'
4 potior est secundo, in posteriore tertius est. Si tecum de hypotheca paciscatur debitor, deinde idem cum alio tua uoluntate, secundus potior erit: pecunia autem soluta secundo an rursus teneatur tibi, recte quaeritur. erit autem facti quaestio agitanda, quid inter eos actum sit, utrum, ut discedatur ab hypotheca in totum, prior concessit creditor alii obligari
5 hypothecam, an ut ordo seruetur[3] et prior creditor secundo loco constituatur. Papinianus libro undecimo respondit, si prior creditor postea nouatione facta eadem [Pap. h. t. l. 3 pr. pignora *cum* aliis accepit, in suum locum eum succedere: sed si secundus non of- [(Pap.) ferat pecuniam, posse priorem uendere, ut primam tantum pecuniam expensam ferat, non etiam quam postea credidit, et quod superfluum ex anteriore credito accepit, hoc secundo
6 restituat. Sciendum est secundo creditori rem teneri etiam inuito debitore tam in suum debitum quam in primi creditoris et in usuras suas et quas primo creditori soluit: sed tamen usurarum, quas creditori primo soluit, usuras non consequetur: [BS. 21, 3, 19 sch. 2 non enim negotium alterius gessit, sed magis suum. et ita Papinianus libro tertio [(BS.)
7 responsorum scripsit, et uerum est. Si simpliciter conuenisset secundus creditor de hypotheca, ab omni possessore eam auferre poterit praeter priorem creditorem et qui ab eo
8 emit. A Titio mutuatus pactus est cum illo, ut ei praedium suum pignori hypothecaeue esset: deinde mutuatus est pecuniam a Maeuio et pactus est cum eo, ut, si Titio desierit praedium teneri, ei teneatur: tertius deinde aliquis dat mutuam pecuniam tibi, ut Titio solueres, et paciscitur tecum, ut idem praedium ei pignori hypothecaeue sit et locum eius subeat: num hic medius tertio[4] potior est, qui pactus est, ut Titio soluta pecunia impleatur condicio, et tertius de sua neglegentia queri debeat? sed tamen et hic tertius creditor
9 secundo praeferendus est. Si tertius creditor pignora sua distrahi permittit ad hoc, ut priori pecunia soluta in aliud pignus priori succedat, successurum eum Papinianus libro undecimo responsorum scripsit. et omnino secundus creditor nihil aliud iuris habet, nisi
10 ut soluat priori et loco eius succedat. Si priori hypotheca obligata sit, nihil uero de uenditione conuenerit, posterior uero de hypotheca uendenda conuenerit, uerius est priorem potiorem esse: nam et in pignore placet, si prior conuenerit de pignore, licet posteriori res tradatur, adhuc potiorem esse priorem.

13 PAULUS libro quinto ad Plautium. Insulam tibi uendidi et dixi prioris anni [B. 25, 5, 11 *E* pensionem mihi, sequentium tibi accessuram pignorumque ab inquilino datorum ius utrumque secuturum. Nerua Proculus, nisi ad utramque pensionem pignora sufficerent, ius omnium pignorum primum ad me pertinere, quia nihil aperte dictum esset, an communiter ex omnibus pignoribus summa pro rata seruetur: si quid superesset, ad te. PAULUS: facti quaestio est, sed uerisimile est id actum, ut primam quamque pensionem pignorum causa sequatur.

14 IDEM libro quarto decimo ad Plautium. Si non dominus duobus eandem [B. 25, 5, 12 *E* rem diuersis temporibus pignerauerit, prior potior est, quamuis, si a diuersis non dominis pignus accipiamus, possessor melior sit.

F[*P*(*VU*)]

---

[1] et *ins.* [2] unde *del.* (*Krueger*) [3] seruetur] inuertatur? [4] tertio *del.*

---

4 re *om.* *PU* | id est *om.* P^a?*V* 5 est si] si P^a? 6 porcior *P* 7 tenetur *PV* | cogitanda P^aV 8 ut] autem $P^aV^aU^a$, ut si V^b 9 an ut] an tit F^1, an V^a, *inc.* P^a 10 responsorum P^aV | si prius P^a 11 cum] *fPU cum B* (*Anon.*): cὺν ἑτέροις (*cf. h. t. l. 3 pr.*), f.... *F* 15 deuitum F^1 | creditori] debitori P^aU^a 20 emit a titio] emitatio F^1 | mutatus factus est P^a | hypothec'a'eue F^2 23 solueres] $F^1P^bV^bU^b$, solueret $F^2P^aU^a$, solueretur V^a | predium *F*, pretium P^a | s't'it et F^2 24 subeant FP^aU^a 27 exsoluta *P* 28 scribit P^a | habe'a't F^b 29 priori h. obligata sit n. u. de uenditione] priori ypotheca uendenda P^a, prior de hyp. uendenda *U*, prior de hyp. non uendenda P^b, prior de yp. uendenda non *V* 31 et 'in' F^b? 32 adh'a'uc F^b 34 ius *om.* P^a, *ante* ab P^bU | 'u'trumque F^2 35 secuturum] F^1, consecuturum F^2PVU 36 esset] est et P^a 38 quamque] F^1PU, quoque F^2 | sequetur *libri boni*, sequeretur P^b 40 est *om.* P^aV

15 IDEM libro sexagesimo octauo ad edictum. Etiam superficies in alieno solo posita pignori dari potest, ita tamen, ut prior causa sit domini soli, si non soluatur ei solarium. B. 25, 5, 13 *Ef*

16 PAULUS libro tertio quaestionum. Claudius Felix eundem fundum tribus obligauerat, Eutychianae primum, deinde Turboni, tertio loco alii creditori: cum Eutychiana de iure suo[1] doceret, superata apud iudicem a tertio creditore non prouocauerat: Turbo apud alium iudicem uictus appellauerat: quaerebatur, utrum tertius creditor etiam Turbonem ‖ superare deberet, qui primam creditricem, an ea remota Turbo tertium excluderet. plane cum tertius creditor primum de sua pecunia dimisit, in locum eius substituitur in ea quantitate, quam superiori exsoluit: fuerunt igitur qui dicerent hic quoque tertium creditorem potiorem esse debere. mihi nequaquam hoc iustum esse uidebatur. pone primam creditricem iudicio conuenisse tertium creditorem et exceptione alioue quo modo a tertio superatam: numquid aduersus Turbonem, qui secundo loco crediderat, tertius creditor, qui primam uicit, exceptione rei iudicatae uti potest? aut contra si post primum iudicium, in quo prima creditrix superata est a tertio creditore, secundus creditor[2] tertium optinuerit, poterit uti exceptione rei iudicatae aduersus primam creditricem? nullo modo, ut opinor. igitur nec tertius creditor successit in eius locum quem exclusit, nec inter alios res iudicata alii prodesse aut nocere solet, sed sine praeiudicio prioris sententiae totum ius alii creditori integrum relinquitur. B. 25, 5, 14 *P* f. 294

17 IDEM libro sexto responsorum. Eum qui a debitore suo praedium obligatum comparauit, eatenus tuendum, quatenus ad priorem creditorem ex pretio pecunia peruenit. B. 25, 5, 15 *P*

18 SCAEUOLA libro primo responsorum. Lucius Titius pecuniam mutuam dedit sub usuris acceptis pignoribus, eidemque debitori Maeuius sub isdem pignoribus pecuniam dedit: quaero, an Titius non tantum sortis et earum usurarum nomine, quae accesserunt antequam Maeuius crederet, sed etiam earum, quae postea accesserunt, potior esset. respondit Lucium Titium in omne quod ei debetur potiorem esse. B. 25, 5, 16 *P*

19 IDEM libro quinto responsorum. Mulier in dotem dedit marito praedium pignori obligatum et testamento maritum et liberos ex eo natos, item ex alio heredes instituit: creditor cum posset heredes conuenire idoneos, ad fundum uenit: quaero, an, si ei iustus possessor offerat, compellendus sit ius nominis cedere. respondi posse uideri non iniustum postulare. B. 25, 5, 17 *P*

20 TRYPHONINUS libro octauo disputationum. Quaerebatur, si post primum contractum tuum, antequam aliam pecuniam tu crederes, eidem debitori Seius credidisset quinquaginta et hyperocham huius rei, quae tibi pignori data esset, debitor obligasset, dehinc tu eidem debitori crederes forte quadraginta: quod plus est in pretio rei quam primo credidisti utrum Seio ob quinquaginta an tibi in quadraginta cederet pignoris hyperocha[3]. finge Seium paratum esse offerre tibi summam primo ordine creditam. dixi consequens esse, ut Seius potior sit in eo quod amplius est in pignore, et oblata ab eo summa primo ordine credita usurarumque eius postponatur primus creditor in summam, quam postea eidem debitori credidit. B. 25, 5, 18 *P*

21 SCAEUOLA libro uicesimo septimo digestorum. Titius Seiae ob summam, qua ex tutela ei condemnatus erat, obligauit pignori omnia bona sua quae habebat quaeque *F*[*P(VU)*] B. 25, 5, 19 *A*

[1] non *ins.* (*Cuiacius*) [2] contra *ins.* [3] pignoris hyperocha *del.*

1 octauo] uiiii *PU* 2 prior] F^1, potior F^2PU: τοῦ δεσπότου τὴν προτίμησιν ἔχοντος *B* (*Anon.*) 5 primum 'et' deinde F^2 6 prouocarauerat *F* | turuo F^1 8 creditricem] F^1, creditricem expulerat F^2P^bVU, creditricem extulerat P^a | excluderit *P* 14 uincit *P* | exceptionem *F* 15 tertium] FV^a, ...cior P^a, cercior P^b, tercio *U*, *om.* V^b 20 eum *om.* *PVU* 25 posteacesserunt *F* 28 item] idem ∘ P^a 33 eidem] id est P^a? | seius] eius P^aV^a 34 et *om.* P^a | hyperocham] ypothecam *PU*, ypotheca *V* | dehinc] deinde hinc P^aU, deinde hic V^a, deinde huic P^b, deinde V^b 35 pletio F^1 36 seio ob] P^bU, eio F^1, seiob F^2, s...obob P^a, ei ob V^a, seius ob V^b 37 dixi... 39 credita *om.* P^a? 40 iidem F^a 41 qua] que P^a 42 quaeque] quoque P^a

habiturus esset: postea mutuatus a fisco pecuniam pignori ei res suas omnes obligauit: et intulit Seiae partem debiti et reliquam summam nouatione facta eidem promisit, in qua obligatione similiter ut supra de pignore conuenit. quaesitum est, an Seia praeferenda sit fisco et in illis rebus, quas Titius tempore prioris obligationis habuit, item in his rebus, quas post priorem obligationem adquisiit, donec uniuersum debitum suum consequatur.
1 respondit nihil proponi, cur non sit praeferenda. Negotiatori marmorum creditur sub pignore lapidum, quorum pretia uenditores ex pecunia creditoris acceperant: idem debitor conductor horreorum Caesaris fuit, ob quorum pensiones aliquot annis non solutas procurator exactioni praepositus ad lapidum uenditionem officium suum extendit: quaesitum est, an iure pignoris eos creditor retinere possit. respondit secundum ea quae proponerentur posse.

V.

f. 294'

℟ DE DISTRACTIONE PIGNORUM ET HYPOTHECARUM ℟ SEPA

1 PAPINIANUS libro uicesimo sexto quaestionum. Creditor qui praedia pignori B. 25, 7, 1 *P
accepit et post alium creditorem, qui pignorum conuentionem ad bona debitoris contulit, ipse quoque simile pactum bonorum ob alium aut eundem contractum interposuit, ante secundum creditorem dimissum nullo iure cetera bona titulo pignoris uendidit. sed ob eam rem in personam actio contra eum creditori, qui pignora sua requirit, non competit nec utilis danda est: nec furti rerum mobilium gratia recte conuenietur, quia propriam causam ordinis errore ductus persecutus uidetur, praesertim cum alter creditor furto possessionem, quae non fuit apud eum, non amisserit. ad exhibendum quoque frustra litem excipiet, quia neque possidet neque dolo fecit, ut desineret possidere. sequitur, ut secundus creditor possessores interpellare debeat.

2 IDEM libro secundo responsorum. Fideiussor conuentus officio iudicis adse- B. 25, 7, 2 *P
cutus est, ut emptionis titulo praedium creditori pignori datum susciperet: nihilo minus alteri creditori, qui postea sub eodem pignore contraxit, offerendae pecuniae, quam fideiussor dependit, cum usuris medii temporis facultas erit: nam huiusmodi uenditio transferendi pignoris causa necessitate iuris fieri solet.

3 IDEM libro tertio responsorum. Cum prior creditor pignus iure conuentionis B. 25, 7, 3 *P
1 uendidit, secundo creditori non superesse ius offerendae pecuniae conuenit. Si tamen debitor non interueniente creditore pignus uendiderit eiusque pretium priori creditori soluerit, emptori poterit offerri quod *ad* alium creditorem de nummis eius peruenit et usurae medii temporis: nihil enim interest, debitor pignus datum uendidit an denuo pignori obliget.

4 IDEM libro undecimo responsorum. Cum soluendae pecuniae dies pacto pro- B. 25, 7, 4 *P
fertur, conuenisse uidetur, ne prius uendendi pignoris potestas exerceatur.

5 MARCIANUS libro singulari ad formulam hypothecariam. Cum secundus cre- B. 25, 7, 5 S
ditor oblata priori pecunia in locum eius successerit, uenditionem ob pecuniam solutam et
1 creditam recte facit. Si secundus creditor uel fideiussor soluta pecunia pignora BS. 22, 1, 84
susceperint, recte eis offertur, quamuis emptionis titulo ea tenuerunt.

6 MODESTINUS libro octauo regularum. Cum posterior creditor a priore pignus B. 25, 7, 6 *E
F[P(VU)]

---

2 seiae] se P^a 3 seia] si a P^a 4 obligationis ... 5 priorem *om.* P^a, habuit ... obligationem *om.* V^a 5 adquesiuit *PV* 6 nil *Taur.* | creditur] *scripsi*, creditor *libri*: ἐδάνεισα μαρμαρίῳ ἐπὶ ὑποθήκῃ τῶν λίθων καὶ ἐκ τῶν ἐμῶν χρημάτων αἱ τιμαὶ κατεβλήθησαν *B* (*Anon.*) 7 acceperant] $F^1P^aV^a$, acceperat F^a, acceperant credidit P^1, acceperant numerauit V^1U | horr. cond. *P* 10 proponerentur] *PU*, proponentur *F* | posse *om.* P^a 12 et] uel *ind. F* 14 pignorum a conu. F^1 15 aut eundem] FV^a, aut unde P^a, *del.* P^1V^1U 16 dimissuro P^a | titulo *om.* P^a 20 amis'serit F^2 21 creditor] debitor P^a 25 offerrendae *F* 26 huiusmodo *PU* | uendi't'io F^2 29 offerrendae *F* 31 quod ad ad alium *F* 32 obliet P^a 33 profertur] F^2, confertur F^2PVU *eique lectioni licet falsae uidentur adstipulari* *B* (*Anon.*): πρὸ τῆς προθεσμίας τῆς καταβολῆς οὐ πιπράσκεται τὸ ἐνέχυρον *B* (*Anon.*) 36 obl'ig'ata F^2 | pecunia priori *PVU* 37 faci'a't F^1

emit, non tam adquirendi dominii quam seruandi pignoris sui causa intellegitur pecuniam dedisse et ideo offerri ei a debitore potest.

7 MARCIANUS libro singulari ad formulam hypothecariam. Si creditor pignus [B. 25, 7, 7] *Sf* uel hypothecam uendiderit hoc pacto, ut liceat sibi reddere pecuniam et pignus reciperare: an, si paratus sit debitor reddere pecuniam, consequi id possit? et Iulianus libro undecimo digestorum scribit recte quidem distractum esse pignus, ceterum agi posse cum creditore, ut, si quas actiones habeat, eas cedat debitori. sed quod Iulianus scribit in pignore, idem
1 et circa hypothecam est. Illud inspiciendum est, an liceat debitori, si hypotheca uenierit, pecunia soluta eam reciperare. et si quidem ita uenierit, ut, si intra certum tempus a debitore pecunia soluta fuerit, emptio rescindatur, intra illud tempus pecunia soluta recipit hypothecam: si uero tempus praeteriit aut si non eo pacto res uenierit, non potest rescindi uenditio, nisi minor sit annis uiginti quinque debitor aut pupillus aut rei publicae causa
2 absens uel in aliqua earum causarum erit, ex quibus edicto succurritur. Quaeritur, si pactum sit a creditore, ne liceat debitori hypothecam uendere uel pignus, quid iuris sit, et an pactio nulla sit talis, quasi contra ius sit posita, ideoque ueniri possit. et certum est nullam esse[1] uenditionem, ut pactioni stetur.

8 || MODESTINUS libro quarto regularum. Creditoris arbitrio permittitur ex pigno- [B. 25, 7, 8] *E* f. 295 ribus sibi obligatis quibus uelit distractis ad suum commodum peruenire.

9 PAULUS libro tertio quaestionum. Quaesitum est, si creditor ab emptore [B. 25, 7, 9] *P* pignoris pretium seruare non potuisset, an debitor liberatus esset. putaui, si nulla culpa imputari creditori possit, manere debitorem obligatum, quia ex necessitate facta uenditio
1 non liberat debitorem nisi pecunia percepta. Pomponius autem lectionum libro secundo ita scribsit: quod in pignoribus dandis adici solet, ut, quo minus pignus uenisset, reliquum debitor redderet, superuacuum est, quia ipso iure ita se res habet etiam non adiecto eo.

10 IDEM libro sexto responsorum. Etsi is, qui lege pignoris emit, ob euictionem [B. 25, 7, 10] *P* rei redire ad uenditorem non potest, tamen non esse audiendum creditorem qui fundum uendidit, si uelit eiusdem rei ex alia causa quaestionem mouere.

11 SCAEUOLA libro primo responsorum. Arbiter diuidendae here- [cf. D. h. t. l. 14. B. 25, 7, 11] *P* ditatis cum corpora hereditaria diuisisset, nomina quoque communium debitorum separatim singulis in solidum adsignauit: quaesitum est, an debitoribus cessantibus pro solido pignus uendere quisque potest. respondi posse.

12 TRYPHONINUS libro octauo disputationum. Rescriptum est ab im- [cf. Uat. 9. B. 25, 7, 12] *P* peratore libellos agente Papiniano creditorem a debitore pignus emere posse, quia [(Uat.)
1 in dominio manet debitoris[2]. Si aliena res pignori data fuerit et creditor eam uendiderit, uideamus, an pretium quod percepit creditor liberet debitorem personali actione pecuniae creditae. quod uere responderetur, si ea lege uendidit, ne euictionis nomine obligaretur, quia ex contractu et qualiquali obligatione a debitore interposita certe ex occasione eius redactum id pretium aequius proficeret debitori, quam creditoris lucro cederet. sed quantum quidem ad creditorem debitor liberatur: quantum uero ad dominum rei, si necdum pignus euictum est, uel ad emptorem post euictionem ipsi[3] debitor utili actione tenetur, ne ex aliena iactura sibi lucrum adquirat. nam et si maiores fructus forte petens a possessore creditor abstulit, uniuersos in quantitatem debitam accepto ferre debebit: et cum *F*[*P*(*VU*)]

[1] *confirmant B (u. i.)*: nec impediendam esse *ins.* [2] Pap. l. III resp. Creditor a debitore pignus recte emit *Uat., ubi sequuntur alia* [3] ipsius (*u. i.*)?

4 pacto ... et pignus *om. V*[a], et pignus ... 5 pecuniam *om. P*[a] 8 inspeciendum *F*[1], inspeciemum *F*[a] 9 i'n't'r'a uenierit *F*[2] 11 praeterierit *P* 12 causa *suppl. F*[2] 13 a'li'qua *F*[1] | earum causarum] causa earum *PV* 15 contra e'ius *F*[2] | ueniri] *F*[1], uenire *F*[2], iure uenire *PVU* 16 nullam esse uend. ut pact. stetur] *idem legerunt Graeci:* καλῶς ὁ ΔΑΝΕΙΣΤΗΣ ΣΥΜΦΩΝΕΙ ΜΗ ἐξεῖΝΑΙ ΤΩ ΧΡΕΩΣΤΗ ΠΩΛΕΙΝ ΤΟ ἐΝΕΧΥΡΟΝ *B* (*Anon.*) 17 libro iii reg. *P*, libro singulari *V*, lib. xxxiii reg. *U* 20 debito lib. *P*[a] 25 emit] uenit *P*[a]? | ob euictionem] obiectionem *P*[a]*V* 28 diuidundae *F*[2]*PU* 29 diuidisset *F*[2]*P*[a] 34 domnio *F*, domino *U*[a] 37 et qualiquali] *FP*[1] *et ex P(isana) U*[b], aequali *P*[a]*VU*[a] 38 proficere *PV* 39 ad cred.] cred. *P*[a]*V* 40 ipse *F*[2]*PU* 41 iactura] natura *P*[a] | possessore] fideiussore *PVU* 42 ab's'tulit *F*[2]

per iniuriam iudicis domino rem, quae debitoris non fuisset, abstulisset creditor quasi obligatam sibi, et quaereretur, an soluto debito restitui eam oporteret debitori, Scaeuola noster restituendam probauit. quod si non ita uendidit, ut certum sit omnimodo apud eum pretium remansurum, uerum obligatus est ad id restituendum, arbitror interim quidem nihil a debitore peti posse, sed in suspenso haberi liberationem: uerum si actione ex empto conuentus praestitisset creditor emptori, debitum persequi eum a debitore posse, quia apparuit non esse liberatum.

13 PAULUS libro primo decretorum. Creditor, qui iure suo pignus distrahit, ius suum cedere debet et, si pignus possidet, tradere utique debet possessionem. B. 25, 7, 18 *P* 9

14 SCAEUOLA libro sexto digestorum. Arbitri diuidundae hereditatis inter heredes cum corpora hereditaria diuisissent, nomina quoque communium debitorum separatim diuersa[1] singulis in solidum adsignauerunt. quaesitum est, an unusquisque eorum, debitore sibi addicto cessante in solutione, pro solido pignus sub eo nomine obligatum uendere possit. respondit potuisse. cf. D. h. t. l. 11 *A*

VI.

℟ QUIBUS MODIS PIGNUS UEL HYPOTHECA SOLUITUR ℟ *SEPA*

1 PAPINIANUS libro undecimo responsorum. Debitoris absentis amicus negotia gessit et pignora citra emptionem pecunia sua liberauit: ius pristinum domino restitutum uidetur. igitur qui negotium gessit, utilem Seruianam dari sibi non recte desiderabit: si B. 25, 8, 1 **P* 19

1 tamen possideat, exceptione ‖ doli defenditur. Cum uenditor numerata sibi parte pretii praedium quod uenierat pignori accepisset ac postea residuum pretium emptori litteris ad eum missis donasset, eoque[2] defuncto donationem quibusdam modis inutilem esse constabat. iure pignoris fiscum frustra petere praedium, qui successerat in locum uenditoris, apparuit, cuius pignoris solutum esse pactum prima uoluntate donationis constabat, quoniam inutilem f. 295′

2 pecuniae donationem lex facit, cui non est locus in pignore liberando. Defensor absentis cautionem iudicatum solui praestitit: in dominum iudicio postea translato fideiussores ob rem iudicatam quos defensor dedit non tenebuntur nec pignora quae dederunt. 25

2 GAIUS libro nono ad edictum prouinciale. Si creditor Seruiana actione pignus a possessore petierit et possessor litis aestimationem obtulerit et ab eo debitor rem uindicet, non aliter hoc facere concedetur, nisi prius ei debitum offerat. B. 25, 8, 2 *S* 30

3 ULPIANUS libro octauo disputationum. Si res distracta fuerit sic, nisi intra certum diem meliorem condicionem inuenisset, fueritque tradita et forte emptor, antequam melior condicio offerretur, hanc rem pignori dedisset, Marcellus libro quinto digestorum ait finiri pignus, si melior condicio fuerit allata, quamquam, ubi sic res distracta est, nisi emptori displicuisset, pignus finiri non putet. B. 25, 8, 3 *S* 35

4 IDEM libro septuagesimo tertio ad edictum. Si debitor, cuius res pignori obligatae erant, seruum quem emerat redhibuerit, an desinat Seruianae locus esse? et magis B. 25, 8, 4 **E*

1 est, ne desinat, nisi ex uoluntate creditoris hoc factum est. Si in uenditione pignoris consenserit creditor uel ut debitor hanc rem permutet uel donet uel in dotem det, dicendum erit pignus liberari, nisi salua causa pignoris sui consensit uel uenditioni uel ceteris: nam solent multi salua causa pignoris sui consentire. sed si ipse uendiderit creditor, Ep. 18, 13 40

F[*P*(*V, ubi u. 31 ab* ulpianus *denuo — cf. p. 588 — incipit manus altera, sed fere aequalis, U*)]

[1] diuersa *del.* (*cf. p. 596 u. 29*) [2] eoque] eo?

3 probabit F^1 4 arbitor *P* 5 ex empto] excepto P^a, exceptio U^a 8 suum] sum P^aU^a | possidet tradere] possit detradere P^a, possit et tradere P^b 10 digestorum] responsorum *P* 11 diuidissent F^2P^aV | quoque] queque P^a | separatum P^a 13 solido] soluendo $FP^aV^aU^a$ 16 soluitur] *sic libri cum B*, soluitur uel non *ind. F* 19 desideranit FP^aU 21 predium quod *F* 26 iudicio] iuditium P^aU^a 29 et ab] ab P^a 32 inuenissent fuerintque P^a 33 offeretur FP^aV^aU 37 ℈rant F^2 | esse] esset P^a 39 det] detur *PVU* 40 consensit ... 41 pignoris sui *om.* PV^aU^b, pignus liberari ... *p.* 598, 1 dicendum erit *om.* U^a 41 sed] F^1 *cum B* (*Anon.*): εἰ δὲ αὐτὸς ὁ δανειστὴς πωλήσει, sed et F^2PU

sic tamen uenditionem fecit, ne discederet a pignore, nisi ei satisfiat, dicendum erit exceptionem ei non nocere. sed et si non concesserat pignus uenumdari, sed ratam habuit
2 uenditionem, idem erit probandum. Belle quaeritur, si forte uenditio rei specialiter [(Ep.)] obligatae non ualeat, an nocere haec res creditori debeat quod consensit, ut puta si qua ratio iuris uenditionem impediat? dicendum est pignus ualere.

5 MARCIANUS libro singulari ad formulam hypothecariam. Soluitur hypotheca [B. 25, 8, 5] *S* et si ab ea discedatur aut paciscatur creditor, ne pecuniam petat: nisi si quis dicat pactum interpositum esse, ut a persona non petatur. et quid si hoc actum sit, cum forte alius hypothecam possidebit? sed cum pactum conuentum exceptionem perpetuam pariat, eadem
1 et in hoc casu possunt dici, ut et ab hypotheca discedatur. Si paciscatur creditor, ne intra
2 annum pecuniam petat, intellegitur de hypotheca quoque idem pactus esse. Si conuenerit, ut pro hypotheca fideiussor daretur, et datus sit, satisfactum uidebitur, ut hypotheca liberetur. aliud est, si ius obligationis uendiderit creditor et pecuniam acceperit: tunc enim manent omnes obligationes integrae, quia pretii loco id accipitur, non solutionis nomine.
3 Satisfactum esse creditori intellegitur et si iusiurandum delatum datum est hypothecae non esse rem obligatam.

6 ULPIANUS libro septuagesimo tertio ad edictum. Item liberatur pignus, siue [B. 25, 8, 6] **E* solutum est debitum siue eo nomine satisfactum est. sed et si tempore finitum pignus est,
1 idem dicere debemus, uel si qua ratione obligatio eius finita est. Qui paratus est soluere, merito pignus uidetur liberasse: qui uero non soluere, sed satisfacere paratus est, in diuersa causa est. ergo satisfecisse prodest, quia sibi imputare debet creditor, qui satisfactionem admisit uice solutionis: at qui non admittit satisfactionem, sed so||lutionem desiderat, cul- f. 296
2 pandus non est. In satisdatione autem non utimur Atilicini sententia, qui pu- [Ep. 17, 2 4?] tabat, si satisdetur alicui certae[1] pecuniae, recedere eum a pignoribus debere.

7 GAIUS libro singulari ad formulam hypothecariam. Si consensit uenditioni [B. 25, 8, 7] *S* creditor, liberatur hypotheca: sed in his pupilli consensus non debet aliter ratus haberi, quam si praesente[2] tutore auctore consenserit aut etiam ipse tutor, scilicet si commodum
1 aliquid uel satis ei fieri ex eo iudex aestimauerit. Uidebimus, si procurator omnium bonorum consensit uel seruus actor, cui et solui potest et in id praepositus est, an teneat con-
2 sensus eorum. et dicendum est non posse, nisi specialiter hoc eis mandatum est. Sed si cum debitoris procuratore conuenit, ne sit res obligata, dicendum est id debitori per doli exceptionem prodesse: cum autem cum seruo eius conuenerit, per ipsam pacti exceptionem
3 conuenti[3] debet. Si conuenit de parte pro indiuiso alienanda, si certa res est quae uenit,
4 potest dici de reliqua parte ab initio[4] agi oportere nec obstat exceptio. Illud tenendum est, si quis communis rei partem pro indiuiso dederit hypothecae, diuisione facta cum socio non utique eam partem creditori obligatam esse, quae ei obtingit qui pignori dedit, sed utriusque pars pro indiuiso pro parte dimidia manebit obligata.

8 MARCIANUS libro singulari ad formulam hypothecariam. Sicut re corporali [B. 25, 8, 8] *Sf*
1 extincta, ita et usu fructu exstincto pignus hypothecaue perit. Creditor, ne pignori hypothecaeue sit res, pacisci potest: et ideo si heredi pactus fuerit, ei quoque proderit pactum, *F[P(VU)]*

[1] certae] de parte (*u. i.*)? [2] praesente *del.* (*Hal.: u. i.*) [3] conuenti] defendi? [4] ab initio] abalienata?

1 ne] nec F^1P^a | satis ei *PV* 2 habui P^a 4 obligatae] obligare P^a 7 ea] eo P^a, *inc.* U^a 8 quid si] quidem si *PU*, si quidem V^b, *om.* V^a 13 tun'c' F^b 15 creditor P^a 18 et *om.* F^1 19 soluire F^1 20 pignus l'uidetur F^b 21 imputari PU^a 23 autem *om.* P^a | utitur P^a, utatur *U* 24 certae pecuniae (paecuniae *F*)] de parte pecuniae *scripsi secundum B* (*Anon.*): ἡ ἐπὶ μέρει τοῦ ἱκανοῦ πλήρωσις οὐ λύει τὸ ἐνέχυρον 25 si conuenit P^a 27 praesente tutore auctore] παρόντος καὶ αὐθεντοῦντος τοῦ ἐπιτρόπου *B* (*Anon.*) | aut] ut *V*, *def.* P^a 28 uideuimus F^1 29 auctor P^aU^a | 'prae'positus F^2 31 ne] ni F^a 32 cum ... pacti exceptionem conuenti *suppl.* F^2: ἔχει ὁ χρεώστης ... τὴν τοῦ συμφώνου (παραγραφήν), ἐὰν πρὸς ὅλον αὐτοῦ γέγονε τὸ σύμφωνον *B* (*Anon.*) 39 creditor *seq.*] ἐὰν πρὸς τὸν κληρονόμον συμφωνήσῃ ὁ δανειστὴς περὶ λύσεως τῆς ὑποθήκης, ὠφελεῖται ὁ καθ' ὁμάδα φιδεικομμισσάριος *B* (*Anon.*) 40] ei] si F^1

2 cui restituit hereditatem ex senatus consulto Trebelliano. Si procurator debitoris in rem
suam[1] sit, non puto dubitari debere, quin pactum noceat creditori. itemque si a parte cre-
ditoris procurator in rem suam exstiterit, paciscendo inutilem sibi faciet hypothecariam
actionem, in tantum, ut putem recte dici et dominis litis hoc casu nocere hanc exceptionem.
3 Si conuenerit, ne pars dimidia pro indiuiso pignori sit, quaecumque fundi eius pars a quo-
4 libet possessore petatur, [2]dimidia non recte petetur. Si plures dederint pro indiuiso et cum
uno creditor paciscatur, ne hypothecae sit, deinde ab eo petat, etiamsi hic cum quo pactus
est solidum fundum possideat, pro indiuiso[3] quia de parte conuenisset, non repellit eum a
5 toto. An pacisci possint filius familias et seruus, ne res pignori sit, quam[4] peculiariter
hypothecam acceperint et habent liberam administrationem, uideamus, an quemadmodum
donare non possunt, ita nec pacisci ne pignori sit possint. sed dicendum est, ut concedere
6 possint, scilicet si pretium pro pactione accipiant, quasi uendant. Si uoluntate creditoris
fundus alienatus est, inuerecunde applicari sibi eum creditor desiderat, si tamen effectus
sit secutus uenditionis: nam si non uenierit, non est satis ad repellendum creditorem, quod
7 uoluit uenire. Superuacuum est quaerere agrum specialiter hypothecae datum permissu
creditoris uenisse, si ipse debitor rem possideat: nisi quod potest fieri, ut debitor permissu
creditoris uendiderit, deinde postea bona fide redemerit ab eodem uel ab alio, ad quem
per successionem ea res pertinere coepisset, aut si ipse debitor emptori heres exstiterit:
uerumtamen cum pecunia soluta non sit, doli mali suspicio inerit translata ad praesens
8 tempus, ut possit creditor replicationem doli mali obicere. Illud uideamus, si Titius de-
bitor uoluntate creditoris sui uendiderit Maeuio uel ei, a quo Maeuius emerit, et postea
Maenius Titio heres exstiterit et creditor ab eo petat, quid iuris sit. sed iniquum est auferri
ei rem a creditore, qui non successionis iure sed alio modo rem nactus est. potest tamen
dici, cum Titii dolus in re uersaretur, ne creditor a possessore pecuniam recipiat, iniquis-
9 simum esse ludificari eum. ‖ Quod si is fundus a Maenio alicui obligatus possideatur[5], cui f. 296'
nondum satisfactum erit, tunc rursus aequum erit excipi 'si non uoluntate creditoris ueniit':
licet enim dolus malus debitoris interueniat qui non soluit, tamen secundus creditor qui
10 pignori accepit potior est. Tutius tamen est, si debitor a creditore petat, ut ei permittat
pignus uendere, quo magis satisfaciat, ante cautionem accipere ab eo, qui rem empturus
11 erit, ut pretium rei uenditae usque ad summam debiti creditori soluatur. Uenditionis autem
appellationem generaliter accipere debemus, ut et si legare permisit, ualeat quod concessit:
12 quod ita intellegemus, ut, si legatum repudiatum fuerit, conualescat pignus. Si debitor
uendiderit rem nec tradiderit, an non repellatur creditor, quasi adhuc res in bonis sit de-
bitoris, an uero, cum teneatur ex empto, pignus exstinguatur? quod et magis est. sed
quid si pretium uenditor consecutus non sit nec paratus sit emptor dare? tantundem potest
13 dici. Sed si permiserit creditor uendere, debitor uero donauerit, an exceptione illum sum-
moueat? an facti sit magis quaestio, numquid ideo ueniri uoluit, ut pretio accepto ipsi
quoque res expediat? quo casu non nocebit consensus. quodsi in dotem dederit, uendi-
disse in hoc casu recte uidetur propter onera matrimonii. in contrarium, si concessit do-
nare et uendiderit debitor, repelletur creditor, nisi si quis dicat ideo concessisse donari,
14 quod amicus erat creditori is cui donabatur. Quod si concesserit decem uendere, ille
quinque uendiderit, dicendum est non esse repellendum creditorem: in contrarium non erit
15 quaerendum, quin recte uendit[6], si pluris uendiderit, quam concessit creditor. Non uidetur
F[*P*(*VU*)]

---

[1] pactus *ins.* (*edd.*) [2] possessore petatur] *firmant B:* possideatur eius nisi? [3] pro indiuiso *del.* [4] quam] cum (*Hal.*)? [5] ab eo *ins.* [6] uendiderit?

---

7 sit] sint *PVU* | ab ea P^aU^a 9 possunt F^aP^aU 11 si'n't poss. F^2 12 pro actione *PVU* 15 quaerere] credere *PVU* 16 oreditoris F^1 | re'm' F^2 | promissu P^a 17 ab alio] alio P^a 18 ipse *om.* P^a 22 quid'd' F^b 24 titio F^1 28 pig'n'ori (*sic*) F^2 | creditor'e' F^2 | permittatur *PVU* 30 creditoris P^a 32 ut si] F^1U *cum B* (*Anon.*): εἰ δὲ ἀποπεμφθῇ, ut etsi F^2P 33 quasi *om.* P^aU^a, cum P^bVU^b 35 quid] qui P^a 37 numquod P^a 38 dederit uendidisse] uendiderit P^a 39 onera'ta' F^2 40 si *om. PU* 41 q'u'od am. F^2 | ille *om.* P^a 42 contrarium] contradicto P^a, contrario P^bU

ASHMOLEAN OXFORD

autem consensisse creditor, si sciente eo debitor rem uendiderit, cum ideo passus est ueniri, quod sciebat ubique pignus sibi durare. sed si subscripserit forte in tabulis emptionis, consensisse uidetur, nisi manifeste appareat deceptum esse. quod obseruari oportet et si
16 sine scriptis consenserit. Si debitori concessum sit et heres eius uendiderit, potest facti quaestio esse, quid intellexit creditor. sed recte uenisse dicendum est: hae enim suptilitates
17 ab iudicibus non admittuntur. Si debitor forte concessa uenditione desierit possidere et nouus possessor uendiderit, an duret pignus, quasi personae permiserit creditor? quod et magis est: nam si nouo possessori, non debitori a quo hypothecam accepit, concessit cre-
18 ditor uendere, dicendum est nocere ei exceptionem. Sed si intra annum aut biennium
19 consenserit creditor uendere, post hoc tempus uendendo non aufert pignus creditori. Si creditor hypothecaria usus a possessore litis aestimationem consecutus fuerit et a debitore petat debitum, puto doli mali exceptionem ei obstaturam.

9 Modestinus libro quarto responsorum. Titius Sempronio fundum pignori dedit et eundem fundum postea Gaio Seio pignori dedit, atque ita idem Titius Sempronio et Gaio Seio fundum eundem in assem uendidit, quibus pignori ante dederat in solidum singulis. quaero, an uenditione interposita ius pignoris exstinctum sit ac per hoc ius solum emptionis apud ambos permanserit. Modestinus respondit dominium ad eos de quibus quaeritur emptionis iure pertinere: cum consensum mutuo uenditioni dedisse proponantur,
1 inuicem pigneraticiam actionem eos non habere. Titius Seio pecuniam sub pignore fundi dederat: qui fundus cum esset rei publicae ante obligatus, secundus creditor pecuniam rei publicae eam soluit[1]: sed Maeuius exstitit, qui dicebat ante rem publicam sibi fundum obligatum fuisse: inueniebatur autem Maeuius instru‖mento cautionis cum re publica facto a f. 297
Seio interfuisse et subscripsisse, quo cauerat Seius fundum nulli alii esse obligatum: quaero, an actio aliqua in rem Maeuio competere potest. Modestinus respondit pignus, cui[2] is de quo quaeritur consensit, minime eum retinere posse. B. 25, 8, 9 E

10 Paulus libro tertio quaestionum. Uoluntate creditoris pignus debitor uendidit et postea placuit inter eum et emptorem, ut a uenditione discederent. ius pignorum saluum erit creditori: nam sicut debitori, ita et creditori pristinum ius restituitur, neque omni modo creditor pignus remittit, sed ita demum, si emptor rem retineat nec reddat uenditori. et ideo si iudicio quoque accepto uenditor absolutus sit uel quia non tradebat in id quod interest condemnatus, saluum fore pignus creditori dicendum est: haec enim accidere potuissent, etiamsi non uoluntate creditoris uendidisset. Creditor quoque si pignus distraxit et ex[3] uenditione recessum fuerit uel homo redhibitus, dominium ad debitorem reuertitur. idemque est in omnibus, quibus concessum est rem alienam uendere: non enim quia dominium transferunt, ideo ab emptore ius recipiunt: sed in pristinam causam res redit resoluta uenditione. B. 25, 8, 10 P

11 Idem libro quarto responsorum. Lucius Titius cum esset uxori suae Gaiae Seiae debitor sub pignore siue hypotheca praediorum, eadem praedia cum uxore sua Seiae
1 Septiciae communis filiae nomine Sempronio marito eius futuro in dotem dedit: postea defuncto Lucio Titio Septicia filia abstinuit se hereditate paterna: quaero, an mater eius hypothecam persequi possit. Paulus respondit pignoris quidem obligationem praediorum Gaiam Seiam, quae uiro pro filia communi in dotem eadem danti consensit, cum communis B. 25, 8, 11 P

F[*P(V, ubi manus primaria redit u. 26 uerb.* Paulus libro, *U)*]

[1] eam soluit] exsoluit (*Hal.*)? [2] denuo obligando *ins.* [3] ex] a (*edd.*)?

1 con'sen'sisse F^2 | eo *om.* P^a | ueniri] F^1, uenire F^2PU 2 sed s'i' F^b, sed P^aU^a 5 hae'c' F^2 6 debitores P^aU^a 9 si *om.* P^aU^a 10 non offert P^a 15 eundem fundum P | pignorante P^a 16 ius pignori ext. P^a, ius ext. pignori U^a 17 permanserint P^a | dominum P^a 18 emptioni nisi iure P^a, emptionis si iure U^a | consensu'm' F^2 20 re'i' publica'e' F^2 23 esset P^a 24 cui is] cuius P^a 25 concessit P^a | retineri F^1 29 remittit] F^1, remisit F^2PU | rem *om.* P^aV^a 32 uendidissent P^aU^a 33 dominum P^a 34 quibus] sicut P^a, si cui P^bU 35 emptore ius 'eius' recip. F^b 37 essent P^aU^a 39 semprouie P^a 42 quae] quem P^aU^a | danti] dando P^aU^b

filiae nomine darentur, remississe uideri, obligationem autem personalem perseuerasse: sed aduersus eam, quae patris hereditate se abstinuit, actionem non esse dandam.

12 IDEM libro quinto responsorum. Paulus respondit Sempronium antiquiorem [B. 25, 8, 12] *P* creditorem consentientem, cum debitor eandem rem tertio creditori obligaret, ius suum pignoris remississe uideri, non etiam tertium in locum eius successisse, et ideo medii creditoris meliorem causam effectam. idem obseruandum est et si res publica tertio loco
1 crediderit. Qui pignoris iure rem persequuntur, a uindicatione rei eos remoueri solere, si qualiscumque possessor offerre uellet: neque enim debet quaeri de iure possessoris, cum ius petitoris remoueatur soluto pignore.

13 TRYPHONINUS libro octauo disputationum. Si deferente creditore iurauit debitor se dare non oportere, pignus liberatur, quia perinde habetur, atque si iudicio absolutus esset: nam et si a iudice quamuis per iniuriam absolutus sit debitor, tamen pignus liberatur. [B. 25, 8, 13] *Pf*

14 LABEO libro quinto posteriorum a Iauoleno epitomatorum. Cum colono tibi [B. 25, 8, 14] *A* conuenit, ut inuecta importata pignori essent, donec merces tibi soluta aut satisfactum esset: deinde mercedis nomine fideiussorem a colono accepisti. satisfactum tibi uideri existimo et ideo illata pignori esse desisse.

15 SCAEUOLA libro sexto digestorum. Primi creditoris, qui pignori praedia acceperat, et posterioris, cui quidam ex isdem fundis dati erant, ad eandem personam hereditas deuenerat: debitor offerebat, quantum a posteriore creditore mutuatus fuerat. respondit cogendum accipere saluo iure pignoris prioris contractus. [B. 25, 8, 15] *A*

F [*P*(*VU*)]

---

2 qu'a'e F^2, quem P^a | hereditati F^a | actione P^a 4 tertio] titio *PVU* | iussum P^a, ius sui P^bU^b 5 in loco *P* 10 libro uiiii P^a 12 ab iudice *PVU* 13 a *om.* *P* | epitomarum *P* 15 s'atis'factum tibi F^b 16 pignoris FP^aU^a | dedisse P^a 17 pr'a'edia F^2 19 offerrebat *F* | creditor'e' F^2 20 soluo P^aU